



<sup>10</sup> PETRI ANDREÆ  
MATTHIOLI MEDICI  
Senensis Commentarii,  
<sup>20</sup> IN LIB. SECUNDUM PEDACII DIOSCO-  
RIDIS ANAZARBEI, DE MEDICA  
MATERIA.


<sup>30</sup> **I**N PRIMO, charissime Aree, libro, quem de medicinali materia condidimus, de aromatibus, oleis, unguentis, arboribus, & nascentibus ex eis succis, lachrymis, seminibusque disseruimus. In hoc autem secundo de animantibus, melle, lacte, adipe, frugibus, atque oleribus explicabimus, subnexus herbaceis, quæ acri prædita sunt facultate, utpote quæ cum ipsis cognatione juncta sint: qualia allium, cæpa, sinapi, intelliguntur. Idque ideo, ne cognatorum vires disjunctis videamur.

Ε'χινος θαλάσσιος.

ECHINUS MARINUS.

CAP. I.

**M**arinus Echinus stomacho, ventrique utilis est: urinam cit. Hujus testa cruda inassata commodè medicamentis admiscetur, quæ pforas abstergunt. Crematæ verò cinis fordida ulcera expurgat, luxuriantem carnem reprimat.



<sup>40</sup> **E**chinus marinus notissimus est, in præsertim, qui in Italiatam Tyrrheni, quàm Adriatici littora accolant. Ingen-  
tem Echinorum numerum vidimus nos, dum placidum mare ageretur undis, in alveo magni portus Civitatis vetera  
in Romano littore, nigris horrentibus spinis. Alios verò vidi ex Pirano Istriæ oppido allatos, his longè majores, purpureo  
colore suffusos, quos Echinometras appellaverim, quod scripserit Aristotel. lib. 4. de hist. animal. cap. 5. hos ceteros magni-  
tudine excedere. <sup>50</sup> Habentur circa Toronem Echini marini candidi testa, spina, & ovo: augeri forma productiore, quàm  
ceteri, soliti: spinis parvis, non rigidis, sed mollioribus. Genera (ut idem inquit) Echinorum plurima sunt. Primum,  
quod cibo idoneum est, in quo quæ ova appellantur, magna, esculentaq; consistunt, pariter in majore corpore, & mi-  
nore: nam novelli adhuc, parviq; pleniusculi illis constant. Secundum, ac tertium spatbagi, ac brissi, quæ gene-  
ra pelagia sunt, raraq; inventu. Ad hæc, quæ Echinometra appellatur (quasi matrem, aut matricem dixeris echino-  
rum) quæ quidem omnes magnitudine excedit. Genus item aliud est minutum, spinis longis prædurisq; gigni in alto  
gurgite solitum, quo nonnulli ad destillationes urinæ medicam. utuntur. Quo fit, ut Paulum Forium plane aberrasse  
crediderim: quippe qui suo de Romanis piscibus libello, Echinometram Aristoteli destillationibus urinæ opitulari, non au-  
tem hujusce minuti genus, memoria prodiderit. Corpus Echinis clibani forma visitur, priore, atq; novissima parte spissum,  
& continens: cetera verò non continuum, sed simile laterna, cui non obducta membrana est. Omnium maximè à natura  
minuti

Echini  
marini  
confid.Echino-  
metra.  
Joviter-  
ror.Echinorū  
descript.

muniti sunt, utpote qui testa undiq, spinis circumvallata celentur, quibus utuntur perinde ac pedibus: iis enim nitibundi moventur, sedemq, permutant, cuius rei argumentum est, quod semper algam spinis implexam gerant. Evenit autem, ut quod caput appellant, & os, echinis versum in terram sit: quod vero ad excrementi exitum deputatum est, id supra habeatur, quod idem omnibus turbinatis, patellisq, evenit: passus enim de imis petatur necesse est, unde sit, ut os inversum ad passum sit, excrementum vero superius parte prona testa contineatur. Dentes quini Echinis omnibus sunt, cavi intrinsecus: inter quos caruncula quaedam interjacens lingua officio fungitur, mox jungitur gula, deinde venter in partes quinque distinctus, perinde ac si plures numero ventres hoc animal habeat: sunt enim omnes distincti, pleni, vacantis materiae, & ex uno stomacho dependent, in unumq, ostium excrementi finiunt. Caro echinis circa ventrem nulla, sicuti in universo corpore. Sed quae ova appellantur, numerosiora testa adherent membranulis singula obvoluta, & paribus distincta intervallis: nigra etiam quaedam circum ab ore fusim sparguntur, nomine adhuc nullo appellata. Sed cum non unum, sed plura genera Echinoxum sint, omnium partes quidem eas omnes sortiuntur: sed ova appellata, nec omnes cibo idonea, & parva admodum continent, exceptis iis, qui vada incolunt. Tradunt scytiam maris Echinos praesagire, correptuq, operiri lapillus, mobilitatem pondere stabilientes: quod ubi videre nautici, statim pluribus anchoris navigia insistant: hac ex Aristotele. Meminit utriusq, Echini Galenus, marini scilicet & terrestris, unco tantum cap. lib. 11. simpl. medic. sic inquit: Erinacei utriusq, tum marini, tum terrestris corpus totum usum, cinerem efficit facultatis tum extergentis, tum detrahentis. Itaq, eo quidem & ad excrescentia, & sordida usi sunt ulcera. Animal, quod ἐχίνος & θαλάσσιος & Græci, Latinis Echinus marinus appellatur: Hispanis, Frizo de la mar: Italis, Riccio marino.

Echino-  
rum vites  
ex Gal.  
Nomina.

Εχίνος & θαλάσσιος.

### ECHINUS TERRESTRIS.

CAP. II.

Terrestis erinacei corium combustum alopeciiis cum pice liquida aptissime illinitur. Assiccaturum corpus, & cum aceto mulso potum, renum vitiis auxilio est: item aquæ, quæ eutem subiit, convulsionibus, elephantia, & malè habitis, quos cachectos vocant: viscerum fluxiones exiccat. Eiusdem jecur sicili solibus excocto arefactum, ad eosdem usus utilissime reconditur.

### ECHINUS TERRESTRIS.



Echini  
terrestres  
consider.  
& histor.

Echini  
terrestres  
facultas.

Hystrix  
mentio.

Nomina.

Terrestis Erinaceus vulgaris notitie animal in Italia est. Duplici constat genere, canino scilicet, ac suillo, quemadmodum & Tassus. Differentia dignoscitur ex eorum rostro: id namq, alii suillum, alii vero caninum habent. Raro ex cavernis exeunt, nisi noctu, quo sit, ut nocturno tempore a venatoribus plerumq, capiuntur. Maturescentibus uvis per aestatem, & autumnum vineas petunt, ubi ad uvas, quæ solum attingunt, accedentes, acinos pedibus diducunt. Huiusmodi stratis in terra, in orbem se conglomerant, & super eos se volutant, itaq, spinis affixos portant in specum. Eodemq, actu sylvestrium arborum poma a ventis decussa, aut maturitate decidua, in cavas arbores gerunt. Inter quadrupes solus Erinaceus volatiliu more testes renibus harentes habet, eaq, propter velocissime coit, non quidem aliorum quadrupedum more superveniens, sed erecllus conjungitur propter spinas. Ubi praesensit venantem, statim in globum se contrahit, ne quid comprehendi possit prater aculeos: itaq, oblatrantes deludit canes. Affusa conglomerato aqua, illico solvitur & ingreditur. Frigidi temperamenti animal Echinus est, excrementis compluribus redundans, quibus aculei nutriuntur. Idcirco ejus carnes in medicamentorum potius, quam in ciborum usu sunt expetenda: terrestres enim cum sint, agere concoquantur, & minimum sanè præbent alimentum. Praestat terrestris Echini combusti cinis trium drachmarum pondere, additis Agrimonie uncia, & internarum membranarum ventriculi gallinarum quaternis drachmis, ad eos qui dum dormiunt in lecto mingunt: datur hic pulvis ex vino vesperi cum se cubitum recipit affectus. Vires longè plures iis Echino reddidit Rhasis libro de sexaginta animalibus. Veruntamen quoniam illa, quæ ibi leguntur, potius apocrypha, quam fide digna semper existimavi: ideo hic ea adnotanda non duxi. Caterum qui sunt harum rerum cupidi, eo se conferre poterunt, ubi diffusus tractantur. Erinaceorum generi adscribitur Hystrix, quod forma sit illi non absimilis, quanguam corpore longe major: quin & longioribus aculeis, firmis, tenuissimè mucronatis undequaq, riget: in specubus moratur, & noctu magis, quam interdiu ad pascua exit. Latet hoc animal hyeme in cavernis, ut ursus, totidemq, diebus fert utero foetum. Irata hystrix intendit cutem, & tunc suos jaculatur aculeos: quo fit, ut non modo canes, sed quandoq, venatores feriat. Combusti cinis potus (ut Plin. est auctor) partus conceptos continet. Animal quod ἐχίνος & χερσαίος & Græco sermone: Echinus terrestris Latino vocatur: Arabico, Censud: siye Caused: Italico, Riccio terrestre: Germanico, Hechel: aut Dgel: Hispanico, Erizo: Gallico, Herison.


Ἱπποκάμπος.

### HIPPOCAMPUS.

CAP. III.

Hippocampus marinum animal est exiguum: cuius cremati cinis exceptus cum liquida pice, aut axungia, seu amaracino unguento illitus, alopecias replet.


HIPPO.



20 **Q**uoniam non desunt scriptores, ( ut Marcellus inquit ) qui in locustarum genere Hippocampum recenseant, quig  
ad multos in medicinis usus eum commendat : eorum tamen haecenus reperi neminem , qui peculiaribus notis ejus  
historiam tradiderit, effigiemq; expromserit. Caterum sunt, qui credant Hippocampum id nominis sibi ascivisse ab eru-  
cu, quae in hortis olera, in campis vero herbas universas, & arborum frondes depascuntur, quasq; proprie Graeci *naumata* vo-  
cant : quippe quod illis fortasse forma ac facie sit persimilis. Ad haec non desunt qui Dioscoridem mirentur, quod scripserit,  
Hippocampum exiguum animal esse, cum tamen nomen plerumq; magnitudinem innuat : *ἵππος* enim Graecis grande signi-  
ficat, ut hipposelinum, hippolapathum, hippomarathrum clarissime demonstrant. Veruntamen non ob id Dioscoridem  
impugnandum existimant, nec pariter alios qui de eo idem scripsere : quoniam licet comparatum hoc animal marinis be-  
luis, aliisq; in aquatilium genere grandioribus, parvum videatur, si tamen ei erucarum generi comparatur, quatum ima-  
ginem formamq; reddit, & a quibus nomen accepit, grande sane fuerit. Unde inclinavit quandoq; animus eum esse Hip-  
30

Hippo-  
campi  
confide-  
ratio &  
opinion.

HIPPOCAMPUS LOCUSTAE GENUS.



40  
50 pocampum, qui piscatoribus Aquileiensibus vulgò vocatur Falopa. Corpus huic inest locusta modo in longitudinem pro-  
tensum, capite & cervice oblongis : chelis minimè bifidis, sed acutissimis solidisq; aculeis rigentibus : pedibus sexdenis, quo-  
rum decem, qui circum os habentur, scorpionum caudas extremitatibus referunt, ceteri vero ut locustis spectantur. Cor-  
pus capite gerit sex, quorum postrema in latum funduntur. Dorso est flexuoso erucarum modo, adeo ut in sicco earum sepe  
modo perambulet. Caudam gerit latam, alis pluribus se pandentem, rigentibus nudisq; aculeis, maculis duabus purpureis  
naturæ artificio insignitam : adeo ut his notis, quasdam villosas erucas referat in nigro rufescentes, quæ pari forma sub ter-  
ra degunt in hortis & agris, olerum & segetum radices erodentes. Has Tridentina rura vocant vulgò Cagne, Ananienses  
verò, quod villosa sint, Orsolane : qua appellatione planè videtur vulgus illud secutum Columellam, qui has erucas hirsu-  
tas nominat. Proveniunt hæc in Tridentino agro frequentissima, exeuntq; e terra plerumq; imbrum tempore : nam quæ  
propè herbarum radices in cavernulis se condunt, facile aquarum ingressu suffocantur. Quapropter olitores eas venantur  
advenientibus pluviis, irrigantq; hortos, ut postea exeuntibus mortem inferant. Quo fit, ut si vera referunt, qui dicunt  
Hippocampum e locustarum genere esse ( id enim videtur inter antiquos fateri Plinius lib. 32. cap. 11. & inter recentiores  
Marcellus Dioscoridis interpres ) nullum aliud marinum animal sese offerat, quod illud magis referre valeat, quam id de  
quo diximus. Sunt & alii, qui pro certo velint, Hippocampum esse pisciculum illum, vel potius marinum monstrum, qui  
quibusdam Dracunculus : aliis verò Equiculus marinus vocatur, cujus nullus in cibis usus, flexuosum equum Hippocam-  
pum vertentes. Vistur plerumq; hic in piscariis foris inter minores pisciculos, semidodrantali longitudine. Caput illi  
est equinum, quemadmodum & collum : rostrum oblongum fistula in modum cavum, oculi rotundi perspicue : à superci-  
liis duo oriuntur aculei, qui in mare in crines desinunt : frons illi glabra, synepit crinitum est, quemadmodum superior  
60

Equiculi  
marini  
confider.  
colli

colli pars. Id quod in foeminis non visitur, namq. is fincipit tantum crinitum est. Verum crines in vivis tantum videntur, extinctis enim illico decidunt. Pinnam habet in dorso singularem, qua ad natandum regitur. Ventre est albicante, extuberanteq. sed foemina ventricosior est. Mas sub ventre rimulam habet, qua excrementa excernuntur, foemina vero praeter hanc alteram dedit natura, excludendis oris idoneam: cauda est quadrata, reflexaq. unci modo. Totum corpus ex cartilagineis circulis compactum est, & ubiq. fere aculeatum. Namq. duplici utring. a capite ad caudam usq. aculeorum serie rectis lineis spectatur, nec disparibus aculeis collum praeingitur, ac per longum recta secatur. Horum opinionem, sicut & aliorum, curationibus, aut auctoritatibus comprobem, cur item contra reprobem, sane non habeo, cum haecenus nunquam in probatissimorum auctorum monumentis legerim, qui per notas ipsum delineaverit: nam etsi Plinius lib. 36. cap. 5. dum Praxitelis, & ejus filii Cephisodori admiranda percurrit marmora, videri asserat in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in circo Flaminio Neptunum, Thetis, atq. Achillem, Nereidasq. supra delphinos, & hippocampus, 10 cum tamen haec poetica fabulosaq. sint, nullam certe us adhibendam esse fidem existimaverim. Multa enim & pictorum, & sculptorum adhuc extant signenta, ubi locis innumeris marini visuntur equi piscium in morem natantes, quibus tantum equina sit facies, reliquum vero corporis partium numerosis squamis contextum, aliq. per quam amplius ad natandum munitum piscium modo, partim vero serpentis instar praelongum ac sinuosum, magna quidem, non parva corporis mole. Quod si fabulosa sequamur, hoc facile Plinio Hippocampus esse probabimus. Caterum tamen si notarum nihil de Hippocampi facie ex auctorum monumentis haberi possit, inclinatur tamen animus, hunc verum esse Hippocampus, cujus hic cum maris, tum foemina imaginem damus, cujusq. historiam descripsimus. & praesertim cum non pauci doctissimi viri, qui aquatiliam historias describunt, in eadem persistant sententia. Hippocampi vires recensuit Galenus libro 11. simplicium medicamentorum sic inquit. Et Hippocampus animal illud marinum si totum usseris, alopecis prodesse proditum quibusdam est. ipsumq. videlicet desiccantem esse facultatis, & tenuium partium, aut certe ejus cinerem: quem 20 quidam unguento amaracino commiscunt, quidam piciliquida, alii veteri adipi suillo: haec Galenus. Caterum longe alias Hippocampi vires retulit Aelianus libr. 14. cap. 20. de hist. animalium: cujus verba hic subjiciam: Rei piscatoria rite periti homines, dicunt Hippocampi ventrem in vino decoctum si quis dederit cuiquam bibere, eum primo ex ea potione acerrimo singultu affici, deinde tussi vehementer torqueri, at enim nihil excreare, sed & superiorem ei ventrem intumescere, & calidos vapores in caput sursum efferre, ac inde per nares minutatim disfluere, & pisculentum odorem reddere, simul & oculos ejus sanguine suffusos ignei coloris flagrantia laborare, & eorundem oculorum genus inflari, & vomendi quidem cupiditate ardere ferunt, verum nihil emittere. Quod si natura ericerit, hunc tamen, periclitata prius morte, in oblivionem, & dementia incurrere: si in ventrem inferiorem delapsus fuerit, ipsum omnibus jam membris captum evitae excedere. Ex morte porro quiescunt, mente capti aquam summo studio persequuntur: hanc enim ipsam idcirco expectant aspicere, tum stillantem audire, quod sane eis agnitudo levationem asserat, & somnum conciliet Itaq. ad peren- 30 nes fluvios, aut ad litora, aut juges fontes, aut lacus commorationes eis grata sunt, & jucunda: cum tamen non magnopere desiderant bibere, sed & ipsum natare, & pedes aqua alluere eis plurimum jucunditatis adfert. Sunt qui non haec mala dicant huius bestia ventrem creare, sed Hippocampus algam acerbissimam, ex qua ita afficitur, depasci. Veruntamen solertia veterani piscatoris, & ad res maritimas bene prudentis, salutaris etiam repertus est Hippocampus: is & Cretensis erat, & filios admodum adolescentes piscatores etiam habebat. Accidit autem, ut hic piscator Hippocampus simul cum aliis piscibus caperet, et per adolescentes a rabida canicula morderentur. Cum eorum in Methyna Cretensi ad litus jacentium vicem dolentes spectatores interficiendam caniculam censerent, & illius jecur medicamentum ad rabiem edendum juvenibus dandum esse: alii consulerent a Diana salutem petendam esse, seu ex piscator eos de consiliis, quae afferrent, laudatos dimisit, & Hippocamporum exenteratorum alios affos eis comedendos dedit, alios in acetum & mel contrivit, iisq. morsus ulcera obligavit, atq. hominum adolescentium rabiem vicit, eosq. ad incolumitatem tandem restituit: 40 haecenus Aelianus de Hippocampi viribus. Hoc animal ut Graecis *ἵπποκαμπος*, ita etiam Latinis Hippocampus appellatur: Italis pariter Hippocampo.

Nomina.

Πορφύρα, Κόρινθος, Κρόκη.

PURPURA, BUCCINA, CIONIA.

CAP.


IIII.

a uogues  
ita meū  
scribit &  
Drag.

**P**urpura usta exiccat, dentes abstergit, excrecentias in carne cohibet, ulcera purgat, & ad cicatricem perducit. Eadem praestant concremata a Buccina, sed vehementius urunt. Si quis falis plena fictili cru-

50

## PURPURÆ, ET BUCCINÆ.



60

do ad-

do adurat, dentificio conveniunt: ambustis utiliter illinuntur, quibus solvi medicamentum non oportet, nam posteaquam vulnus cicatricem duxerit, ipsum in testæ modum induratum, sponte sua decider. Fit etiam calx è buccinis, ut in ejus mentione demonstrabimus. <sup>b xiv. ali. i. i.</sup> Cionia vocantur purpurarum buccinarumq; mediæ partes, circa quas testæ volumen claviculatum intorquetur. Cremata simili modo, majorem purpuris, buccinisq; facultatem urendi consequuntur, quoniam apprimendi naturam obtinent. Buccinorum carnes ori gratæ sunt, & stomacho utiles, sed alvum non molliunt.

<sup>10</sup> **S**unt & Purpura marini pisces, ejus sanè generis, quæ testæ integuntur. Hæ (ut auctor est Plinius lib. 9. cap. 36.) illum Magni pretii florem retinent, purpureum propriè dictum, tingendis regum vestibus expetitur. Hunc in mediis saucibus gerunt, candida quadam vena conclusum, colore nigricantis rosæ pellucidum. Vivas capere contendunt, quia cum vita sua succum illum evomunt, Latent circa canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, mutuoq; attritu lentorem cujusdam ceræ salivant. Lingua purpuræ digitæ longitudine, quæ pascitur perforando reliqua conchyliæ: tanta durtia aculeo est. Capiuntur autem purpura parvulus, variisq; textu veluti nassus, in alto jactis. Inest in esca, clusiles, mordacesq; conchæ, quales mitulos videmus, hæc semineces, sed redditæ mari, avido hiatu reviviscentes, appetunt purpuræ, porrectisq; linguis infestant. At illæ aculeo extimulatæ claudunt sese, comprimuntq; mordentia: ita pendentes aviditate sua purpuræ tolluntur. Aqua dulci necantur, & sicubi flumini immerguntur: alioqui capta diebus quinquagenis vivunt saliva sua. Anno magnitudinem implent, celerrimeq; crescent, quemadmodum & conchyliæ omnia. Est in purpurarum genere & Buccinum, ad similitudinem ejus buccini, quo sonus editur: unde & causa nomini, & rotunditate oris in margine incisa. Sed major est purpura, cuniculatum procurrense rostro, & cuniculi latere introrsum tubulato, quæ proferatur lingua. <sup>Buccinū.</sup> Cui circum orbes aculeati, qui buccino non insunt, sed utriusq; orbes totidem, quot habent annos. Buccinum non nisi petris adhaeret, circaq; scopulos legitur. Purpura, buccinæq; simul, quemadmodum & reliqua conchylium genera longa sanè narratione scriptis celebrata sunt ab Athenæo: ad ejus igitur volumina accedant ii, qui plura scire desiderant. Sed quoniam MARGARITÆ, quæ non modo ad mulierum, hominumq; decorem, sed etiam ad medicamenta maximo luxu ex-

## MARGARITÆ.




<sup>30</sup> petuntur, à marinis & ipse gignuntur conchis, hic inter pretiosa conchyliæ eas recensere non ab re fore duximus, præsertim quod neq; Dioscorides, neq; Galenus de his quicquam, quod legerim, posteritatis memoria prodiderunt. Nasci itaq; animalia, quæ margaritæ gignunt, in oceano Indico refert Plinius lib. 9. cap. 35. Fertilis admodum earum est Taprobane, & Toros: item Perimula promontorium India, circa Arabiam in Persico sinu maris rubri. Origo, atq; genitura conchæ est haud multum ostrearum conchis differens, ut liquido constet ex iis, quas nostri vulgò Madriperle appellant, quæ ad nos deferuntur. Has ubi genitalis anni stimulerit hora, pendentes sese quadam oscitatione impleri oscido conceptu tradunt, <sup>Margaritarum & earum conchæ historia.</sup> gravidas factas postea eniti, partumq; concharum esse Margaritæ, pro qualitate rovis accepti. Nam si purus influxerit, candorem conspici: si verò turbidus, & sordidus, eundem pallere cælo minante conceptum. Et ex eo quippe constare celiq; eis majorem societatem esse, quam maris. Inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum: si tempestivè satientur, grandescere & partus: si fulguret, comprimi conchas, & pro jejuni modo minui. Si verò & tonuerit, pavidas, ac repente compressas, quæ vocant Phrysmata efficere speciem, verum inani inflatam sine corpore. Cæterum in aqua molles sunt Margaritæ, at exemptæ protinus durescunt. Quidam tradunt, sicut apibus, ita concharum examinibus singulas magnitudine, & vetustate præcipuas esse, veluti duces, miræ ad cavendum solertia. Quocirca has summo studio petunt urinantes piscatores: siquidem capto rege facilius cæteras palantes retibus includunt. Concha ipsa cum manum videt captiosam, comprimit sese, operitq; opes suas gnara propter illas se peti, manumq; si præveniat, acie sua abscindit, nulla justiore pœna, & aliis munita suppliciis. Capta multo obruuntur sale in vasis fictilibus: namq; erosa carne, uniones <sup>Plinii et-  
ror.</sup> sive margaritæ puræ, & expurgatæ decidunt in ima vasis. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere, tametsi rara admodum sint Margaritæ, quæ his omnibus dotibus præstent. Tradit Juba Arabicis concham esse similem petiti insecto, insutam echinorum modo, inesseq; illi Margaritam grandini similem. In conchis quaternos, aut ad summum quinos uniones reperiri Plinius scriptum reliquit: verum Americus Vesputius, qui nostro ævo liburnicis omnem fere australem oceanum exploravit, talem ibi concham se quandocq; habuisse testatur, in qua uniones ultra centum & triginta reperti sunt. Quod non solum confirmant ii, qui post ipsum ad occidentales Indias navigarunt, sed etiam addunt numerosiores ibi uniones in una tantum concha nasci: præterea alia plura de Margaritarum historia referunt, quæ à Plinii sententiâ plurimum disident. Porro certum est & nasci, & capi margaritæ in oceano occidentali Scoto, & Anglico sinu, sed eas quidem parvas, nec adeo pellucidas, ut orientalibus comparari possint, è quibus contextum thoracem asserunt, quem Diana templo Julius Cæsar dicavit. Reperiuntur Margaritæ quandocq; etiam in Pinnis magnis, quas Veneti vocant

Margari-  
tes prove-  
niant in  
Bohe-  
mia.

ASTURÆ, ut Plinius testatur. Ad hæc non in maritantiis, sed etiam in fluminibus aqua dulcis concha proveniunt, quæ margaritas gestant. Hujus autem rei ego quidem testimonium perhibere possum, quod jam mihi in Bohemia degenti com-

## PINNA SIVE ASTURA.



Unionū  
vires. pertum sit in Vuotava flumine & reperiri & capi conchas, quæ pulcherrimos includunt uniones, magnitudine, forma, & candore præstantes. Atq; certè mihi subiit quandocumque mirari, cum earum margaritarum copiam vidi tum apud Serenissim: Principem dominum meum, tum etiam apud primarios Bohemiarum homines. Margaritæ in medicum etiam usum veniunt: quandoquidem scribunt Serapio, & Avicenna, eas ad cordis affectus præcipuam opem ferre. Quinetiam collyriis admixtas oculorum nubeculas detergere, & aquam eodestruentem absumere. Animal, quod πέρυρα Græcè, Purpura Latine nominatur: Arabicè Naporam & Porphyra: Italicè Porpora. Quæ verò Latinis Buccina, nomen Græcis dicuntur: Arabibus, Barcora, Cobros seu Cobron: Italis Buccine: Hispanis Bozios: Gallis Bios Cornetos. Cæterum quod Græci, ἀργαρί-  
ται, Latini item Margaritæ & Uniones vocant: Arabes Hagey albato: Itali Perle: Germani Perlén: Hispani Perlas.

Μύακας.

MITULI.

CAP. V.

Mituli laudatissimi in Porto. Cremati eundem buccinis effectum præbent: privatim plumbi more Meloti, oculorum medicamentis cum melle utiles habentur: palpebrarum crassitudines absumunt, albugines purgant, & cætera, quæ oculis caliginem offundunt. Carnes eorum ad canis morfus utiliter imponuntur.

## MITULI.



Τελλίνας.

TELLINÆ.

CAP. VI.

Recentes Tellinæ alvo utiles, sed maxime jus earum. Salitæ uruntur, tritæque in cinerem, & cum cædria instillatæ, avulsos palpebrarum pilos renasci non patiuntur.

Mitulorū  
& telli-  
narum  
confid.  
Jovii la-  
plur.

Non desunt, qui Mitulos, & Tellinas idem esse censeant: in quam sententiam potissimum venisse comperio Paulum Fovium virum apprime eruditum: quippe qui libello, quem de Romanis piscibus edidit, malit (etsi medicus esset) cum Athenæo errare, quam cum Dioscoride rectè sentire. Ex cuius scriptis satis aperte constat, aliud esse mitulos, aliud tellinas: nam præterquam quod de his duobus diversis capitibus ipse differuerit, differentes etiam utriusque reddidit doctes, haud nescius illis inesse differentiam. Idem similiter sensit Galenus lib. ii. de simplic. medicamentorum facultatibus, ubi



10

ubi de viperis differens, eodem capite mitulorum etiam meminit, tellinarum verò peculiari capite, singulis proprias & di-  
 20 versas reddens facultates. Non secus ac illi, sensit Paulus Aegineta, fidelis nempe utriusque sectator. Quamobrem dicendum  
 putaverim, differentes nimirum esse mitulos & tellinas. Notissima sunt in Italia Tellinae, praesertim Romae, ubi plurimae  
 venales circumferuntur, quod edendo sint & ori admodum gratae, si tamen ab arena optimè repurgentur. Caterum quales  
 Mituli sint in Italia, qui hac nostra tempestate explicaverit, haecenus inveni neminem, praeter unum Massarium Venetum  
 qui eos mitulos putat, quos Adriatici accola vulgò appellant Muscioli, quasi musculos dixerint. Cujus opinio nobis maxi-  
 me probatur: quippe quod & forma, & nomine conchyliis ita vocata legitimos referant mitulos. Sunt enim tellinis paulò  
 majores, testa exterius lineis quibusdam scabra: intus verò pellucida & tota pondere levia. *Mitulus* ita Graecis, *Mituli* Latini  
 appellantur, pariter & Italis: Arabibus verò, *Amarchas*: Hispanis, *Mixilbus*. *Todivari* ut Graecè, ita etiam Latine *Tel-*  
 line & Italicè *Tellinae* dicuntur, Arabicè *Sedes* & *Talsam*: Hispanicè *Brignigols*. Nomina.

30 Χάμα. CHAMÆ. CAP. VII.

**C**hamarum, aliarumque conchularum in exigua aqua decoctarum jus, alvum ciet, id cum vino  
 assumitur.



40

50

**Q**uamquam Chamæ inter cetera conchyliorum genera longa descriptione ab Athenæo referuntur, nihilominus tamen  
 tot hujusmodi testaceorum habentur species, ut non facile sit, eas inter se distinguere. Caterum praeter ceteras con-  
 chas, id sibi peculiare ascrivere Chamæ, quod plerumque in littore hiantes inveniuntur. Idcirco eas rectè Chamæ dici posse  
 putaverim, quæ in marinis oris, pendentes sese levi testa contecta reperiuntur. Harum quàm plurimas ipse vidi in A-  
 60 driatici littore. Verum quoniam nulla alia facultate praeita, praeter eas, quibus & reliqua concharum genera com-  
 mendantur, idèd non est, ut plura de his dicamus. Quæ Graecis *Χάμα* Latinis *Chamæ*, Arabibus *Hame*, & Italis *Cha-*  
 me nominantur. Chama-  
rū consi-  
deratio.  
  
Nomina.

ὄνυξ.

UNGUIS ODORATUS.

CAP. VIII.

**U**nguis five onyx conchylii tegumentum est, ei simile, quo purpura integitur: quod in Indiae nardi-  
 feris paludibus invenitur, suavem ideo spirans odorem, quod conchyliis inibi nardi pabulo vescan-  
 tur. Colligitur posteaquam stagnantes aquae æstivis squaloribus inaruerunt. Laudatissimus qui à rubro  
 mari defertur, candicans, pinguis. Babylonius nigrescit, atque minor conspicitur. Ambo odoris  
 gratia suffiuntur, sed aliquatenus castoreum olent. Idem suffitu excitant foeminas vulvæ strangu-  
 X 3 oppressas

oppressas, comitialesque: poti ventrem molliunt. Crematum conchylum eadem efficit, quæ purpura & buccinum.

## UNGUIS ODORATUS.



Unguiū  
odorato-  
rum con-  
sideratio.

**Q**ui diligenter caput hoc de unguibus odoratis legunt & expendunt, non ab re fortasse mirantur Dioscoridem, quod scripserit, onyches, id est ungues odoratos in India nardiferis paludibus inveniri, quando nusquam a veteribus & recentioribus memoria proditum sit, nardum in paludibus nasci, sed in montibus, arido & sicco solo. Admirationi suæ illud non ob stare putant, quod memoret Dioscorides, Indici nardi genus esse, quod Gangitis vocatur, à fluvio Gange, apud quem enascitur, monte præterfluente. Neque enim volunt eam nardum in fluvio illo, aut in paludibus provenire, sed in monte, aut infima ejus parte quam flumen ipsum alluit. Præterea cum scribat Dioscorides conchulas odoratas in India paludibus inveniri, illis planè absurdum videtur, quod præ cæteris eas laudaverit, quæ à rubro mari deferuntur: quod item Babylonicæ generis meminerit. Addunt insuper, quod cum ungues ii, quorum in officinis pharmacopæorum communis usus, si uruntur, non suavem spirent odorem, sed potius castoreum oleant, qui nimirum odor ab omnibus & injucundus & ingratus habetur fieri non potest, quod odoris gratia suffiantur, præsertim quod iidem suffitu (ut Dioscorides tradit) excitant feminas vulva strangulatu oppressas, comitialesq;. Sciunt autem, quod qui hujusmodi morbis tentantur, ab odoratis laeduntur, & à fetidis juvantur. Verum quia nitimur quantum possumus pro nostra virili parte Dioscoridem defendere, & ab erroris suspitione vindicare, quid mihi illa cogitanti occurrerit, nunc edisseram. In primis igitur non ita mihi mirū videtur, quod à Dioscoride scriptum sit, ungues odoratos in nardiferis India paludibus inveniri. Nam si, eodem auctore, aliqui arbitrati sunt, malabathrum esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione, facile fieri potuit, ut iidem rei herbaria imperiti paludes, quæ malabathrum gignant, nardiferas vocaverint, simili ratione decepti. Quorum sorte Dioscorides appellationem secutus, eas paludes India nardiferas nominavit, in quibus hujusmodi habentur conchilia. Nec placet Rondeletii altoqui viri doctissimi opinio, qui putat conchilia nullibi haberi posse, præterquam in mari, sic inquit: Nam si conchilia marina sunt animalia, quomodo in lacubus inveniuntur, colligunturq;, aquis aestu exiccatis? an mare deferant turbinata, ut fluvios lacusq;, subeant? Hac ille: qui etsi præclarus sit, & doctrina non vulgari præditus, non tamen omnia natura secreta rimari potuit. Quandoquidem & concha Margaritifera, quæ marina quoq; sunt animalia, in Bohemia habentur, quæ à mari longè lateq;, distat, in flumine Vuotauva, ut de margaritis agentes paulo superius diximus. Deinde illud quoq; mirum non esse debet, quod ad nos adferantur conchula Indica ex mari rubro ac Babylone. Etenim hoc non evenit, quod inibi nascentur, sed quod Dioscoridis tempore non secus ac nostro, mercimonia, quæ ex India in Græciam & Italiam convehebantur, omnia prius per mare rubrum conveherentur in Aegyptum, nempe Memphim aut Alexandriam. Sed quomodo sit, dicet aliquis, quod rare admodum reperiantur conchula Indica, quæ suavem spirent odorem, eoque nardum imitentur, atq; odoris gratia suffiantur? Certè non aliam ob causam fieri puto, nisi vel quod propter maximam locorū distantiam in longo itinere adscititium illum malabathri odorem amittant, ut Indica nardo evenire libro superiori in ejus mentione diximus: vel quod ea, quæ ad nos adferuntur, in paludibus capiuntur, quæ malabathro prorsus destituuntur. Nam quoniam multo jam tempore malabathrum ad nos non advehitur facile adducor, ut credam id in India cultorum negligentia perisse, perinde ac balsamum in Judæa. Quippe ut malabathrum renascatur (id quod Dioscorides refert) necesse est, ut siccatu æstivo fervore aquis, humus aridis fruticibus uratur. Quod cum ab Indis fortasse fuerit omissum & neglectum, facile postea factum est, ut universum malabathri genus omnino deperditum sit. Atq; adeo hinc est, ut ungues ii, qui hodie ad nos adferuntur, nullo nardi odore commendentur. Postremo illud mihi haudquaquam absurdum esse videtur, quod conchula Indica suffitu pressas uteri suffocatione mulieres comitialesq;, revocent. Namq; quod fieri potuerit, nos non negamus, onyches olim fuisse odoris grati atq; jucundi, ut pote qui malabathrum redolerent. Sed equidem existimo odorem illum partibus ita tenuibus inhaesisse, ut igni imposita testa ille statim exhalaret, testa verò eadem relicta & incensa, quid mirum si odorem fatidum emisit & castoreum oluerit? ex quo sanè (ut experientia docet) mulieres vulva strangulatione laborantes suscitantur. Ideoque variat nostra à Rondeletii sententia, qui ut Dioscoridis lectionem servare videatur, dicit iussus Dioscoridi designare non semper id quod grato solùm & jucundo sed aliquando quod vehementi aut gravi est odore: quippe etsi id haud negaverim ego, non tamen affirmaverim iussus hoc in loco injucundum significare aut graveolentum: siquidem cum Dioscoridi hi ungues suavem spirent odorem, quod conchilia, quorum tegumenta sunt, nardi pabulo vescantur, ratio sanè non consentit ut Rondeletio subscribam. Cæterum cum onyx unguem significet (unde conchula Indica unguis odorati nomen accepit, quod fortassis unguis alicujus effigiem referat) cur ipsum purpura tegumento similem fecerit Dioscorides, mihi hactenus incompertum est, cum purpura operculum rotundum sit, quemadmodum & buccina, conchilii verò longum, nisi una cum Rondeletio dicamus, haud intellexisse Dioscoridem odoratos ungues facie purpurarū opercula referre, sed quod is conchilia operiantur, ut purpura suis, à substantia rei, non quidem à forma comparatione facta. At certè, ut dicam quod sentio,

Ronde-  
letius no-  
tatur.

Margari-  
tæ nasci-  
tur in Bo-  
hemia.

Ronde-  
letii sen-  
tentia non  
accepta.

sentio. mihi non placet eorum opinio, qui non alia de causa hoc conchilii genus onychem appellari volunt, quam quod ejus tegumentum sit rugarum, concavitas, asperitasque, expers: lavore autem ac candore praditum, humanorum unguum modo, siquidem purpura testa, cui onychem assimulat Dioscorides, in universum aculeata conspicitur: quoniam & inaequalis, sinuosos, cortice obducitur. Porro quod videam ungues odoratos, qui in myropoliis passim habentur, brutorum quorundam ungues representare, atque si utantur castoreum olere, facit ut se non dubitem affirmare eas legitimas esse. Fuchsius in suis in Nicolaum Myrespicum annotationibus, in compositione aurea Alexandrina, ubi ipso vertente legitur osu anterioris narium purpura, scribit id nil aliud Nicolao designare, quam quod Actuarius, & aliis posterioribus Blattum byzantium, sive byzantiu dicitur, quod in quibusdam interpretationibus, in Nicolaum legatur *ἐλάττω βυσάντιον ὄσθη τῆς πρὸς τὴν κορυφὴν*. Quin & differre inter se ait Blattum byzantium & Dioscoridis onychem, quod onyx conchilii sit tegumentum, blattum autem os anterioris narium purpura. Quod etiam confirmavit libro primo de compositione medicamentorum, illud etiam addens: officinis hodie hoc os, quod in ore, aut naribus purpura reperitur, Blattum Byzantium vocari. Sed longe quidem ab eo distat opinio nostra. Primum quod Serapioni & Avicenna, quorum vocabula medicamentorum, tam simplicia, quam composita (ut ipsemet fatetur Fuchsius) recentiores Graci sepius usurpant, nil aliud designat Blattum byzantium, quam Dioscoridi onyx, Latinus unguis odoratus dictus, ac pariter conchula Indica. Huic alia accedit ratio, quod cum hactenus non invenirem, qui purpurarum os tam oris, quam narium (ut Fuchsius placet) sive testa earum tegumentum odore aliquo commendaverit, quique inter odoramenta recensuerit, atque antidotis inseruerit, sed qui tantum scripserint, earum crematarum cinerem exsiccare, dentes abstergere, excrescentias in carne cohibere, ulcera purgare, & ad cicatricem perducere: contra vero constet omnibus odoratos ungues a Mauritanis praeferi, quod aroma quoddam respiciant, & tenuium atque adstringentium sint partium, ad ventriculi, jecinoris, cordis, uterique, affectus, non modo Fuchsi, sed Nicolai quoque sententia (modò hujus codex non sit depravatus) inanis profectò, & planè refellenda videtur. Quod autem ad hos affectus odoratos ungues praeulerint Arabes, quibus recentiores Graci longe plura accepta referunt, testis est Serapio auctoritate Meschaë, cum inquit: Conchula Indica excoquitur & siccat ordine tertio: quin & adstrictionis & tenuium partium est particeps: ventriculo cordis, palpitati, jecinori, vulvae, odoris fragrantia conferens. Quo fit, ut etiam facile crediderim, Actuarius nil aliud Blattum sive blattum byzantium representare, quam Indicam odoratam conchulam, non ut Fuchsius arbitratur, os in ore, vel naribus purpura inventum. Miscetur itaque Indica conchula, vel eam voces odoratum unguem, non sine magna ratione & auctoritate à posterioribus Gracis in aurea Alexandrina, quod ad cardiacos, & viscerum morbos sit admodum utilis: quin & in antidoto margaritis, quod omnem virium imbecillitatem firmet, animi defectum sive à corde, sive à ventriculo originem ducat, maxime juvet: longo morbo dejectos, & imbecillitate languentes recreet, & uteri strangulatus in mulieribus, avertat ut Actuarius & Nicolaus Myrespicus testantur. Quae omnia odorata conchula per se ferè prestare potest, si primum ejus qualitates, demum verò facultates perpenderit, quarum nulla (quod sciam) purpuris assignantur. Quare non immerito Nicolaum damnaverim (si tamen error illi ascribendus est) qui narium purpurarum ossa excogitaverit his antidotis esse admiscenda, cum purpura in universum praeferat testam, qua conteguntur, ossibus careant. Nisi forte is in purpurarum narium os appellaverit, quod in anteriori testa parte prominet, & nostri potius, quam narium speciem representat illud praeferat falsum esse deprehenditur, quod officinis hac excogitata purpurarum ossa Blattum byzantium vocentur, cum etiam quae legitime in officinis habentur, propriè sint odorati ungues. Postremo quae sint illa in Nicolaum expositiones, quibus maxime nititur Fuchsius, eas nostris rationibus, & auctoritatibus adductis haud quaquam ob stare posse putaverim, cum fortasse incerti sint auctoris, vel si certi, minime probandi, quod is rationi ac veritati refragetur. Nisi quis dixerit, illum contra quam Fuchsius intellexerit, Nicolai verba interpretatum fuisse, & lectores admonuisse, nil aliud Nicolao designare *ἐλάττω πρὸς τὴν κορυφὴν* quam *ἐλάττω βυσάντιον*, id est, unguem odoratum. Siquidem cum Nicolai verba secundum Fuchsi interpretationem adeò per se clara sint, ut nulla indigeant explanatione, non erat opus, ut ille interpres ea aliter exponeret: sed potius ut declararet, animadversa depravata Nicolai lectione, pro eo purpurarum osse in Nicolai antidotis Blattum byzantium, id est, Indicam conchulam admisceri debere: quod facile sciret fabulosum esse purpuras in naso vel ore gerere ossa. Quod etiam sensisse videtur antiquum fragmentorum Nicolai interpres: quippe qui non purpurarum ossa in aurea Alexandrina, & diamargarito sit interpretatus, sed byzantium blattum, quam odoratum unguem esse, hactenus nos abunde demonstrasse existimamus. Hujus nomen Graecum est *ὄσθη*: Latinum unguis odoratus, & conchula Indica: Arabicum *Al farateb* aut *ad far althaib*: Italicum, Unguia odorata.

Fuchsius in suis in Nicolaum Myrespicum annotationibus, in compositione aurea Alexandrina, ubi ipso vertente legitur osu anterioris narium purpura, scribit id nil aliud Nicolao designare, quam quod Actuarius, & aliis posterioribus Blattum byzantium, sive byzantiu dicitur, quod in quibusdam interpretationibus, in Nicolaum legatur *ἐλάττω βυσάντιον ὄσθη τῆς πρὸς τὴν κορυφὴν*.

Conchula Indica excoquitur & siccat ordine tertio: quin & adstrictionis & tenuium partium est particeps: ventriculo cordis, palpitati, jecinori, vulvae, odoris fragrantia conferens.

Nicolaus damnaverim (si tamen error illi ascribendus est) qui narium purpurarum ossa excogitaverit his antidotis esse admiscenda, cum purpura in universum praeferat testam, qua conteguntur, ossibus careant.

Nomina,

Κοχλῆαι.

COCHLEAE.

CAP. IX.

Terrestres cochleae stomacho utiles sunt, & non facile corrumpuntur. Optimae Sardonicae, a Aphricanae, Astypaleicae, & quae in Sicilia ac Chio gignuntur, & quae in Liguria alpebus, pomatiae, id est, operculares, cognominatae. Marina stomacho idonea, & facile alvo excernitur: fluviatilis virus olet. Quae vero vepribus, frutetisque glutinata cohaeret, quam vocant nonnulli fefilon, ventrem & stomachum turbat, vomitiones excitat. Crematae omnium testae excofaciendi, & urendi naturam sortiuntur: purgant lepras, vitilignes dentesque: emendant oculorum cicatrices, & vitia cutis in facie, albugines ac visus hebetudines, si cum carne sua ustae, tritaeque ex melle illinantur. Crudae cum tegumentis impositae, aquae inter cutem tumores exugunt: sed non ante solvantur, quam omnis hauriatur humor: podagricas inflammationes leniunt: impactos corpori aculeos illitae evocant: menses tritae & admotae ciunt. Carnes earum cum thure & myrrha illitae, cum vulnera alia, tum maxime quae nervi acceperunt, conglutinant: tritae in aceto, sanguinem naribus erumpentem infraenant. Vivae corpus, & praesertim Aphricanae, cum aceto devoratum, stomachi dolores mitigat: trita cum testa, vino & myrrha si exiguum inde bibatur, coli, vesicaeque cruciatus sanat. Terrestris pilos incommodos replicat, si quis abrafo aculeo ejus, pilum attingat.

Cochleae vulgè notissima sunt. Haec licet alba nigraque, reperiantur, tum magna, tum parva, tum mediocres, omnes tamen eandem naturam in universum obtinent. Si verb aliquo pacto inter se differunt, id naturalis solae causae adscribitur: nam quae in apricis admodum locis odoratis viciant herbis, in sanè praestant, quae in opacu degunt, ac in palustribus. Id enim gustu facile deprehenditur, quod haec vel insipida habeantur, vel palustrem respiciant limum: illa vero sapidiore, esuique, gratiores existant. Quandoquidem absinthium depasta amaritudinem reddunt, sicuti quae serpyllum, pulgium,

Cochleae autem eandem naturam in universum obtinent.

X

salamina

Cochleae  
pomatie.Cochleae  
rum vites  
Matth.Ad tabi-  
dos.Aqua co-  
chlearū.Cochlea-  
rum vites  
ex Gal.

calamintham, origanum, aliasq; odoratas herbas assumunt, odoris gratia commendantur. In quarum numerum aequere-  
ferri possunt, quae paulo lupinis majores in agro Romano leguntur, ubi autumno quorundam carduorum caulibus acerva-  
tim coherentes innumera visuntur. Cochleas olim usq; ad eam coenae expetitas memorat Plinius lib. 11. cap. 56. ut iis vivaria  
à nonnullis fuerint instituta, distinctis quidem generibus earum, quod melius gula fieret satis: separatim ut essent albae, quae  
in Reatino agro nascuntur: separatim Illirica, quibus magnitudo praecipua: Apbricana, quibus fecunditas: Solitana, qui-  
bus nobilitas. Saginam quinetiam commentati sunt sapa & farre, aliisq; rebus, quae eas alebant. Non me fugit, quas Dio-  
scorides pomatias vocat, plurimas reperiri in montibus Tridentinis, vicinisq; aliis locis, & eas quidem praestantissimas. E-  
ruuntur enim è terra hyeme in sepibus & frutetis, uncis quibusdam ferreis prope fruticum radices terra circumfossa. Cocl-  
duntur haec contra frigoris injuriam, quodam albo operimento, duro, gypsi speciem referente, sicq; contexta terra se condunt.  
Fit enim ob hoc, ut in cibis iis longè suaviores, gratioresq; habeantur, quae vere & aestate imbris, excitata hinc inde vagan-  
tur. Quod autem sic hyeme recondantur, delitecantq; sub terra circum fruticum radices, Hetruria planè ignorat, cum ta-  
men & ibi eodem modo ab his eruantur, qui alibi artem didicerunt. Praestant cochleae, praeter ea quae à Dioscoride scribun-  
tur, ad varia corporis incommoda. Siquidem testa exuta, & hordeacea ptisana incocta lateris dolorem tollunt, ubi ptisana  
forbenda detur, cochleae verò contrita loco dolenti illinantur. Earundem diu elixarum jus potum iliacos juvat: eadem eli-  
xa ac trita, cruentis excreationibus medentur. Disuria efficacissimè profunt, si cruda cum suo ipsarum putamine contrita  
bibantur ex passo, diebus septem continuis, aut ad summum novem. Vertiginosis quoq; profunt suspensioisq;, ubi prima die  
cochleam unam magnam, sequenti duas, tertio tres, quarto duas, quinto unam, semicoctas voraverint affecti, nec minus  
vertiginosis quam amentibus medebitur is, qui singulas cochleas diebus singulis plurimis, cum suis testis contritas, ex defru-  
to porandas dederit, sed has majores esse oportet: si verò minus res successerit, triduo quiescat affectus, & subinde eandem  
portionem diebus plurimis replicet: Coeliacos quoq; juvant cochleae duae, una cum testis contrita, & duobus ovis gallinaceis  
excepta vini passi ternis uncis, & aquae quaternis, ac demum sicili vase calefacta & hausta. Praestant eadem ad faucium  
molestias & asperitates, si illorae coquantur, & deinde trita ex passo ebibantur. Partus faciles reddunt, si à gravidis femi-  
nis edantur aliquot ante partum diebus. Adduntur utiliter in emplastris, quae pus movent: namq; non solum bubones &  
ceteros tumores concoquunt, sed etiam abrumpunt. Contrita cruda & illita serpentibus ulceribus medentur. Quae verò  
salinis inhaerent, strumas illita resolvant, si cum putamine tase illinantur: columella vitia sanat cochleae viva succida acu  
vulnerata, cum penna illita. Complures cruda, in nitido mortario tusa, una cum ovo gallinaceo incocta, ex succida lana  
utiliter fronti adalligantur, ad sedandas oculorum epiphoras. Combustarum cinis, cum ligni & urticae semine ex melle po-  
tus, intra paucos dies lienosos sanat. Quae autem ceteris minores habentur, trita & illita, inguinum tumores resolvunt.  
Omnium putamen usum, & in pulverem tenuissimum contritum, gingivarum putredines exulcerationesq; illitus tollit.  
Idem casu inventum tritumq;, & potui datum, calculos expellit: quin etiam urinam mirificè pellit, si duarum drachma-  
rum pondere ex vino albo & aqua calida bibatur: prolapsam columellam cohibet: & procidentem quoq; sedem, sed prius  
intestinum ablui oportet aqua in qua ferrum candens pluries resinitum fuerit. Cochleis nemoralibus à mucagine nativae  
diligenter repurgatis, & in lacte bubulo recenter malso una cum Tusilagine concisa decoctis, condimentum fit optimum  
tabidis, cibi loco propinandum. Item cochlearum carnes à putaminibus & excrementis repurgatae, quin etiam aqua abluta  
involvuntur linteolo crassiore pluries replicato, & sepeliuntur in fimo equino ferventi duarum horarum spatio, indeq;  
tracta lavantur lixivio calido, & coquantur in jure gallinacei pulli: atq; tabidis, & macie summa affectus auxilio sane ma-  
gno propinantur devoranda. Parantur praeterea ad idem majorem etiam cum utilitate hoc modo: Sumito cochleas majores  
quingentas, easq; prius belle lotas coquito cum putaminibus in aqua, una cum hordeo à gluma repurgato, quousq; hor-  
deum rumpatur. Deinde exemptas è putaminibus coquito iterum ex capi jure quousq; probe discoquantur: demum jus  
percolato linteolo mundo, & quotidie ejusdem affectus propinato sex uncias, addita sacchari unciatam mane quam vespere  
ri horis tribus ante cibum. Non parvo quoq; auxilio ad hoc mali parantur cochleae hac etiam ratione. Sumito cochlea-  
rum putaminibus exutarum libras 2. radicem glycyrrhizae recentium libram unam: rad. altheae unc. quatuor, atq; om-  
nia minutim concisa in vitreum collocato alembicum, & balneo ferventis aquae Chymicaratione eliciatur aqua, cujus  
uncias quatuor cum sacchari unceola quotidie mane affectus propinato. Cochleae si tota cum testis urantur (ut Galenus  
memoria prodidit lib. 11. simplicium medicamentorum) admista galla omphacitide, simulq; pipere albo, mirificè profunt dy-  
senteris, in quibus ulcera nondum putredinosa sunt: convenit autem ut piperis sit pars una, gallae vero duae, quatuor cineris  
cochlearum. Hac ubi ad unguem lavigaris, cibi inspergito, bibendumq; aut ex aqua, aut ex vino albo & austero praebeo.  
Ceterum absq; gallae mistione cinis cochlearum admodum resiccantis est facultatis, abstinens item nonnihil ex ustione cali-  
dum. Porro cochleae, quae ustionem non sunt expertae, si trita una cum testis imponantur, & toti ventri aqua inter cutem labo-  
rantium,

rantium, & in arthriticis articularum tumoribus, agrè quidem divelli poterunt, ceterum impensè deficcant: & omnino inherere ipsas finire oportet, quoad sponte decedant. Idemq; faciendum in tumoribus ex ictu natis difficilè solubilibus, & ex contusione facta in auribus: deficcant enim illos magnopere universos, etiamsi viscosus, crassusq; in alto humor contineatur. Idem libro citato, cum de diversis carnibus verba faceret, sic de cochlearum quoq; carne disseruit. At cochlearum caro prius in mortario confusa, ac postea ad lavorem redacta, omnium valentissimè deficcet partes superfluo humore gravatas, aded ut & hydericis conveniat. Ipsarum autem humor solus per se citra carnem sumptus (vocatur autem is à multis *μύξα* *νοχλῖς*, hoc est, mucus limacis) thuri mistus aut aloa, aut myrrha, aut horum quibusdam, aut omnibus quoad habeat cerati crassitiem, medicamentum sit glutinatorium, deficcetq; pulchrè purulentos mucos aurium: sed & fronti impositum inheret, oculorum fluxiones resiccans. Quidam etiam ad palos eximendos utuntur totis unà cum testis ad lavorem tritis: sed & quidam ad sistendos menses. Et quidem ego aliquando in agro carnes ipsas solas in vulnus cum nervi vulneratione, & contusione factum tritas imposui, ipsumq; vulnus pulchrè glutinatum est, & nervus phlegmonem haud perpeffus: erat autem homo durus & agrestis: miscui tamen illis contritis pollinem farinae acceptum à pariete mola proximo. Scripsere autem majores me nonnulli medici, ad ejusmodi usum miscendum ipsi thuris aut myrrham. Verum horum habebam tum neutrum, ut qui tunc ab urbe abessem in villa. Posui autem & resinae fricta contrita admiscere, si adsit, quippiam. Porro ubi multum muci cochlearum accipere voles seorsum, stylo carnem earum pungito, sed non ante multos dies venatas esse expedit, alioqui enim tempore deficcantur: nam recentes plurimum habent viscosa illius humiditatis, quam stylo compuncta effundunt. Humiditas hac pilorum in palpebris præter naturam gluten est: hac Galenus. Cochlea tum cruda, tum cocta cum testis suis, aut sine, contrita emplastris concoquentibus, & saniem è vomice fracta cute educuntibus utiliter immiscetur. Marina in Italia mediterranea perquam raro in cibis veniunt: quanquam iis qui maris litora inhabitant, frequentiori sint usui. Sunt & in cochlearum genere, quae tegumento vel testa carent, quae nobis speciatim *Lumache* vulgè appellantur, noctu potius, quam interdiu ad pascua exeunt. Degunt hæ non modo in campis & hortis, sed in cellis vinariis, & aliis subterraneis uliginosisq; adium locis. Gerunt in capite lapidem (non tamen omnes) quem febribus tertianis adalligatum vulgus prodesse existimat. At Plin. lib. 30. cap. 5. auctor est, hunc lapidem adalligatum dentitionem facilem præstare. Expetuntur hæ mulieribus ad expoliendam faciem: namq; ex iis in stillatorium vas coniectis, additis quibusdam aliis, aquam eliciunt, qua inde earum elora facies lavorem mentitur. Quin & his Aphricam abundare scriptum reliquit Plin. lib. 30. cap. 3. & eas combustas dysentericis utilissimas esse, dariq; ex eo cinere cochlearia bina in vino myrtite aut quolibet austero. Eadem cum Thuris polline contrita, addito ovi Gallinæ albo & illita, faciunt mirificè ad puerorum Enterocolias, sed interim pueros in lecto jacere oportet. Uruntur & ipsa utiliter & in pulverem teruntur, qui inspersus quamcumq; pedum exulcerationem sanat. *Κοχλῖς* ut Græcis, ita Latinis Cochlea nominantur: Arabibus *Balzum* & *Halzum*: Italia Chiocciola: Germanis *Schnecken*: Hispanis *Caracuyos* & *Caracoles*: Gallis *Escarlots*.

Cochleæ  
marinæ.Cochleæ  
sine testa.

Nomina.

Καρκίνος.

CANCRI.

CAP. X.

Cancrorum fluviatiliū exultorum cūis, qui duo cochlearia expleat, a adjecto dimidio radicis gentianæ modo, triduo potus cum vino, magnopere prodest canis rabiosi moribus: rimas pedum fedisque perniunculos & carcinomata, cum decocto melle lenit. Triti crudi, potiq; ex asinino lacte, auxiliantur contra serpentium phalangiorumq; morsus atque scorpionum ictus. Decocti autem, & cum jure editi, iis profunt, qui tabe conficiuntur, aut leporem marinum hauserunt. Necant scorpiones triti & cum ocimo admoti. Possunt eadem marini, verum inefficacius omnia præstant.

Ασπίς γέν-  
τιανῆς πῖ-  
ξος κο-  
χλῖας  
ἢ ἰ. cū  
gentianæ  
radicis  
cochlea-  
rio uno.

## CANCER FLUVIATILIS.



Hallucinantur, qui credunt Cancros à Dioscoride & Galeno descriptos, illos esse, quos vulgus Italorum Gambari nominat. *Καρκίνος* enim Græcè (ut hoc loco scribit Dioscorides) non eum significat cancrum perperam vocatum, qui à *Γαμβρία* appellatur à Græcis, sed qui rotundo corpore habetur, quem nos Hetrusci vulgari nomine dicimus *Granchio*. Is Venetiis, ubi *MARINORUM* numerus propè infinitus habetur, ubi crustam exuerit, à corporis mollitie vulgè vocatur *Multorū Mollecca*. E quorum genere sunt etiam quæ appellantur *Macinette*: nam & hæ suo tempore crustam exuunt. error. Hoc ita esse testatum reliquit Aristoteles libro quarto, capite secundo de historia animalium, ubi sic inquit: *ὁ δὲ καρκίνος μόνος τῶν τοῦτων ἀνορθότατος, καὶ τὸ σῶμα τὸ μὲν τῶν καρκίνων, καὶ τὰ πόδια πρὸς τὸν κορμὸν ὡς ἡ δὲ τῶν καρκίνων πρὸς τὸν κορμὸν*: hoc est: Cancer solus ex crustaceis non regitur cauda, & corpus cum quidem locustis, squillisq; longum sit,

Cancro-  
rum con-  
sideratio.  
Multorū  
error.

CANCRI

CANCER MARINUS.



*Astacus.* cancris verò rotundum est. Porro ASTACUS Oppiano speciatim dicitur gammarus magnus ille marinus, quem Romani & Tyrreni litora incolentes Leonem appellant. Veneti autem, quasi adhuc Græcum nomen retineant, eum vulgò Astase nominare consueverunt. Idem dictus est gammarus à Theodoro Aristotelis interprete: quippe quòd vulgari gamma-ri faciem representet. Veruntamen (ni fallor) Aristoteli ~~εγχεῖν~~ nil aliud esse crediderim, quàm quod Venetis Astase, Ro-


A S T A C U S.

[illegible]

Gamma-  
ri nomen  
græcum  
Aristot.  
ignora-  
vit.

Quorundam medicorum error.

Cancro-  
rum vi-  
res ex  
Gal. An-  
tidotus  
ad rabi-  
dorum  
canum  
morsus.



20 emplasticum applicabat medicamentum, quod ex pice brutia & opopanace, acetoq; conficitur, habens picis libram unam, unum aceti acerrimi sextarium Italicum, opopanacis vero uncias tres. Hac tametsi a presenti instituto essent aliena, scribenda tamen censui, quia magnopere medicamento huic ipse considerem: nimirum cum nullus unquam eorum, qui illo, ut dictum est, fuerunt usi, sit mortuus. Caterum seorsum alterum librum conscribam aliquando de iis, quae proprietate substantiae totius quid agunt, & quorum numero sunt id genus omnia. Ignoscendum itaq; tum hoc in loco scribendi importunitati, tum sicubi praeterea id mihi hoc in opere contigit: nempe quia ex dictis summa proveniret utilitas, quam sane posteris impertire volebam, si forsitan me prius, quam quae his deinceps sunt opera, perfecissem, mors occupasset, propositum impediens. Caterum Pelops doctor meus, & ipse omnium ejusmodi causas reddere volens: non abs re inquit, Cancer cum animal sit aquaticum, prodest a cane rabido morsis, quibus videlicet metus est ne corripiantur affectu siccissimo, nempe rabie; quamobrem sanè etiam aquam metunt. Ac fluviales, non marinos convenire cancris dicitur, scilicet quod animalia marina ob admisionem salis natura siccissimi haud aequè exactam tuerentur eam, quae est adversus rabiem, contrarietatem. Ac cum quidam subjecisset, cur non omnia, quae in potabili aqua degunt animalia, perinde ut cancri, juvare assolent? quia, inquit, similem cancris preparationem non admittunt. Nam horum ulcorum cinerem, exiccatorius cum sit, canum mordentium venenum absorbere, simulq; digerere professus est. Hac igitur Pelops dicebat ambitione magna jactans, omnium se talium novisse causas. At ego nisi planè me scire quippiam prius persuasum habeam, aliis persuadere non tento. Itaq; nec Pelops rationem, ut veram accepi, ut quae crebras habeat contradictiones: verum cancris opinor ex proprietate totius substantiae prodesse. Quoniam autem nullum eorum mortuum sciveram, qui fuerant illis usi, totis utiq; corporibus, hoc aperiendum recensendumq; à me existimavi, tametsi non esset hujus instituti proprium: nam id non erat propositum: haecenus Galenus. Cancros tritos ex lacte potos auxiliari serpentium morsibus Dioscorides & Nicandri Theriacis literis mandasse videtur, cum ipse sic habeat Nicander:

Εὖν δὲ τοῖς ἀνταποδόντων ποταμῶν ἀποτολῆβοῖτα  
Καρκίνων οὐδὲν ἔστιν οὐδὲν ἄλλοτε γὰρ ἔστιν.

Caterum gammarorum faciem referunt locusta & squilla, quanquam haec belis careant. Gerunt gammarum eo tantum tempore, quo crustam exuunt, duos in capite lapillos albos rotundosq;, quibus utuntur medici utiliter ad expellendos renum calculos: conterunt enim hos in pulverem, & ex vino potandos exhibent. Sunt, qui hos igne prius tostos, ad idem magis probent. Et praesertim ubi ex petroselinis vulgaris succo propinentur. Nec desunt, qui censeant eosdem ad coram imbecillitatem facere, at qui ego de re hac, quid certi affirmare possim, non habeo. Idem cum vini excremento quod circa vasa lapidis instar concrevit (Tartarum vocant chymista) ulceribus pudendorum medentur, si simul triti aspergantur. Dantur quoq; cum Tilia arboris carbone utiliter ab alto devolutis, quinetiam ad dissolvendos internos sanguinis grumos. Eorundem pulvere dentes quoq; dealbantur firmanturq;. Caterum rotundis cancris marinis similib. quos Adriatici accola, maris & femina discrimine vulgè Granci & Macinette nuncupant, abundat maxime ubiq; suis in fluminibus ac rivulis Hetruria: nam quemadmodum Insubria, Transalpinarumq; regionum fluvii ac lacus gammaros alunt: Ita Hetruria cancris, utpote & Gracia, ubi ab Aeschione & Galeno à cane rabido demorsis ex eorum cinere saluberrima parabatur antidotus. Cancris fluvialibus putamen diligenter contritum, & ex vino subdulci potum, renum calculos pellit. Idem combustis, tritisq; & ex melle illiti, Strumas discutunt. Eorundem pulvere sanantur seduvina. Exustorum cinis oleo subactus, per niones curat. Suffiuntur sicci, ubi fetus haerit mortuus in uteri cervice. Idem triti crudi & tumentibus mammis illiti, mirifice profunt: quinetiam impactas mammarum durities resolvunt & lac exiccant. Scorpiones proximos omnes ad eum locum convenire tradidere quidam, ubi cancri decem fluviales marinive, cum ocimi manipulo contriti, repositi fuerint. Fluviales autem peculiariter horum erucas pellere dicunt, qui de colendis hortis scripsere, si pluribus in locis inter olera ligneis clavis figantur. Sed & illi non minori in errore versantur, qui putant marinos minores (ut ita dicam) gammarulos, quos vulgè Gambarelli & Gambarusoli appellamus, eos esse, quos tum Aristoteli, tum Galenus, tum Aelianus, tum Plinius cancellos nominant: quippe quod hi gammaruli Aristoteli propriè squilla parva dicantur. Siquidem ii, qui in hoc genere nunquam rufescunt, Venetis aliisq; quam plurimis populis, proprium adhuc sQUILLA retinent nomen: vulgè enim Schille dicuntur: quanquam in Hispania, praesertimq; in Cantabria omnes hi gammaruli Squilla nulla differentia vocentur. Hi, ut diximus, ad stipulatur Aristoteles lib. 4. de partibus animalium. cap. 8. cum inquit: Squille à cancrario genere differunt, eo quod caudam habeant: à locustario vero, quod forcipe careant. Quibus sanè claret, cancris nullam inesse caudam, quapropter omne crustatorum genus, cui cauda desit, in cancrario genere fuerit recensendum. Cujusmodi sunt MAIA vulgè Grancevole, Paguri vulgè granciporri, marini ac fluviales cancri vulgè Granchi appellati: & id genus plura. Nec aliam ob causam diximus gammarulos parvas dici squillas, nisi ut omnibus notum sit, eas etiam haberi his lon-

Gammarorum lapilli.

Cancris fluviali.

Cancro- rum fluvialium vires.

Quorum- dam et- ror. Squillarum confideri.

Majæ.



M A J A.

his longè majores, ut memoria prodidit Aristoteles libr. 4. cap. 2. de historia animalium, sic inquit. Squillarum enim genere continentur gibba, crangones & parva, quæ majores nunquam effici possunt. Quibus liquido constat vulgares gammarulos Aristoteli parvas facile esse Squillas, cum ii majores nunquam evadant, quam qui semper parvi in piscariis considerantur.



habentur venales. Quinetiam id ipsum affirmare non dubitamus, quod in cauda sit locustarum & gammarorum modo, chela verò seu forcipes deficiant. Squilla tamen si concoctu contumaces sint, Galeno tamen teste, stomachicus conferunt. Eadem trita & cum aceto pota, lumbricos & tinea ejiciunt. Quadam autem peculiari facultate ad mulierum conceptus in cibis efficaces sunt. A Scorpionum ictu securum dicunt illum, qui Squilla marinae imaginem in achate lapide sculptam in annulo gestaverit. Caterum Rondeletius, vir quidem doctissimus atq; praeclarissimus, PAGURUM, quem Græci por-

P A G U R U S.



ro Itali vocant, Majam faciunt. Sed facile quispiam illum deceptum deprehender, qui diligenter Aelianum de Paguris scribentem legerit. Sclavi, qui Japidiam incolunt, quorumq; littora Adriaticum mare alluit, Græcum adhuc nomen servantes, qui no-

qui nobis Granciporri vocantur, Paguri vulgò appellant. E Paguris in cavernis extincti oriri scorpiones testis est Nicander. Sed ad CANCELLOS redeo, nomine ipso parvulos cancras designantes, de quibus scripsit Galenus libro tertio de alimen-

## C A N C E L L I.



eorum facultatibus: Cancelli, inquit, animalcula sunt perexiguus cancris similia, colore flavo. Afferuntur enim cancelli inter minutulos pisciculos duplici sane genere, ut quarto tum libro, tum capite de animalium historia retulit Aristoteles, his verbis: Quem autem cancellum appellant, communis ferè socius crustatorum, & testatorum generum est: quippe qui natura locustis similis spectetur, nasci, seorsum per se solitus sit. Verum quod testam deinde petit, quam ingressus vitam eraducat, hinc similis testa contestis animantibus est, quapropter is in ancipiti esse, genus, sibi vendicare utrumque videtur. Forma tamen (quod simplicius dixerim) similis araneis est, nisi quod partem capiti, & pectori subdant, ampliorem quam aranei habeat. Cornicula duo rufa, tenuia gerit, quibus oculi magni totidem subjacent, qui nunquam intro recedant, ut cancrorum, sed semper eminentes appareant. Os sub iis est, quod velut capillamentis quibusdam pluribus circumdatur. Iis pedes subiacenti duo bifurci, quibus cibum ori admoveat: bini item utriusque, adhaerent lateri, & tertius parvus. Thoracis pars inferior mollis tota est, disjuncta, sinu pallidum intus cernitur. Meatus ab ore ad ventrem pergit: foramen excrementi perspicere nullum potest. Pedes, ac thorax duritiem præ se ferunt, sed minus quam cancri. Nexu nullo testis adhaeret, purpurarum modo, & buccinarum, sed absolutus liberque vagatur. Oblongior est, qui turbinem subit, quam qui neritem, (quem naticem interpretamur) genus enim diversum est, quod in naticis degit, cetera quidem non absimile: sed dextrum bifurcatum pedem parvum habens: cum laevum grandiusculum habeat, & ingredi eodem ipso grandiore potissimum solet: hæc Aristoteles. Aelianus verò lib. 7. cap. 31. de cancellis ita scribit: A conchis quidem inopes, & nudi primum cancelli nascuntur, deinde eas tanquam domicilia ad habitandum deligunt. Cum enim vacuas, & inanes offenderunt conchulas, purpura, aut turbinis, primò intra eas ingrediuntur: deinde cum in ampliorem magnitudinem excreverunt, quam iis ut capi queant, in testam laxiorem tanquam domum alteram demigrant, neque modò in supra dictorum conchas immigrant, sed & in permultas alias capaciores transeunt, & ampliorem nacti ea tanquam majore domicilio gaudent: ac sæpe de spoliis multo certamine inter se contendunt, viribusque inferiore repulso, victor exuvias assequitur: hæc Aelianus. Cui in omnibus subscribit Plinius lib. 9. cap. 31. & 42. His igitur diligenter perspectis, omnibus, ut arbitror, palam fiet, & cancras & cancellos à squillis differre. Animal, quod nescimus Græcè, Cancræ Latine appellatur: Arabicè Sartham, seu Sartham: Italicè Granchio: Hispanicè Cangreio: Gallicè Cancres.

Cancelli  
lori hi-  
storia.

Cancelli  
ingredi-  
untur co-  
chulas.

Σcorpionος χιρσαίου.

SCORPIO TERRESTRIS.

CAP. XI.

50 T Errestris Scorpio tritus crudus, & impositus, suæ plagæ remedium est: quin estur assatus, ad eadem.



T

Terrestres